1739.

9 C 7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-276438-p0001-9

Z. Ol, n.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-276438-p0002-4

I

9 C 7

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-276438-p0003-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-276438-p0004-6

L 193

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-276438-p0006-7

VICTORIAM CRVCIS,

AETERNO DECRETO STABILITAM,

STATVTO TEMPORE CONFIRMATAM,

IN SOLO

AMORE CRVCI FIXO

COLLOCANDAM,

D. XXVII. MART. CIↃ IↃCC XXXIX.

IPSO DIE,

QVI MEMORIAE EXANIMATI REDEMTORIS

SACER EST,

HORA III. POMERIDIANA,

GYMNASII MERSEBVRGENSIS

IVVENTVS LITERIS DICATA

PIE CONTEMPLABITVR.

AD QVAM

BENEVOLE AVDIENDAM,

QVA PAR EST,

OBSERVANTIA ET HVMANITATE

INVITAT

M. BALTHASAR HOFFMANNVS.

CON-R.

MERSEBVRGI,

LITERIS GOTTSCHICKIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-276438-p0007-2

AD CRVCEM!
Gens CHRISTI excruciata,
ſpretam ab aliis, abs te non ſpernendam:
a cruce enim in cruce ſolatium.
Abſit Idololatria!
quam, qui ligneam colunt crucem, committunt.
Lignum non adoramus, ſed ligno fixum.
Intelligis itaque,
in cruce ad crucem fugienti,
non de cruce, ſed a cruce,
a pendente e cruce puta,
opem eſſe petendam.
Reliquias crucis parum curamus:
nec tamen a crucis ſigno
prorſus abhorremus:
ſacris ædibus id eſto ſacrum.
Quem, quæſo, tanti pudeat ſymboli?
Magis autem,
quid? quod Solum in crucem elatum
veneramur.
Pependit ex illa Ille ſolus
ex quo omnis omnium dependet ſalus.
In Eo Sola Vno Salus.
Hanc itaque ſalutem tuam, ſi amas,
hunc ſalutis ama auctorem:
amabis autem,
qui ipſe tuus amor eſt.
Imitaberis facile *Ignatium*,
non recentioris ætatis ſodalem,
ſed antiquiorem illum
pium primi ſeculi Patrem atque Martyrem,
pleno profantem ore:
AMOR MEVS CRVCI FIXVS EST.
Erigant alii crucis moles
in triuiis;
baiulent alii crucis pondera
ſuis humeris;
animo tibi potius fixa ſemper inhæreat
crucis imago.
Ita forte *Conſtantino* forti eris conſtantior;
qui cruce, cum epigraphe:

IV

EN TOYTΩI NIKH,
in nubibus, vt aiunt, viſa,
hoſtium fortiter caſtra
oppugnabat, vincebat, triumphabat.
Monogramma illud, ab Eodem, *labaro* ſuo impreſſum,
et labris et pectori ſatius
imprimes:
minime ſolicitus,
a matre *Conſtantini Helena* quod crucis lignum
vnquam repertum fuerit.
Hoc crucis ſigno, eo ſignatus modo,
omnes expeditiones tuas,
Expeditionibus illis, quæ dicuntur, *cruciatis*,
longe feliciores videbis atque inſigniores.
Crucigerorum augebis ordinem;
non illorum quidem,
qui in prætextæ extremitate crucis ſuperbiunt ſigno:
eorum tamen,
qui defunctum in cruce in intimis gerunt medullis.
Hoc munitum praeſidio
nulla ſuperabunt crucis onera;
nulli confundent crucis contemptores;
nulli crucis ſupprimenthoſtes:
Nam
EN TOYTΩI NIKH.
Vnum ſupereſt,
quod crux te monet:
te ipſum cruci affigas, neceſſe eſt.
Aduerſarius humani generis, vafer mundus,
priuæ mentis perturbationes,
te ſæpius acerbiusque excruciant.
Hi omnes
vigilando, orando, abſtinendo, credendo,
ſunt debellandi,
imo cruci affigendi.
Viribus deſtitutus
ad *Virum* confuge, virtute *Deum*,
te vexatum
crucis vexillo ſtrenue protecturum.
Quid dubites?
EN TOYTΩI NIKH.

Vos vero,
Ingenui crucis CHRISTI Amici,
Accedite, ſi lubet, ad Scholam noſtram,
Saluatorem cruci fixum non modo quotidie docentem;
ſed ſigillatim etiam
ſanctiſſimam Ejus memoriam ipſo Paraſceves die,
conſuetis horis,
qua decet, religione,
piis meditationibus celebraturam:
tot paſſionum diriſſimarum generibus,
tot inimicis, paucis amicis ſanctiſſimi Redemtoris,
dicendi materiam
copioſe ſubminiſtrantibus.
Adeſte, quæſumus,
qua ſoletis, gratia, fauore, frequentia,
Praeſides, Patroni, Amici.

Dicentium dicendorumque ſeries.

Exponent itaque

I. Decretum Dei de redimendo per CHriſtum mundo.	C. E. MEERHEIM. Merſeb.
II. Ipſam æterni decreti exſecutionem. -	G. C. ALAND. Jüterboccenſ.
III. Gentis Judaicæ impietatem. - -	J. C. A. CRVSIVS. Gros-Göhrn - Lucen.
IV. Judæ proditoris malitiam. - -	C. F. CVNO. Merſeb.
V. Diſcipulorum metum. - - - - -	G. A. PROX. Merſeb.
VI. Caiphæ ſæuitiam. - - - - -	T. F. M. RASCH. Merſeb.
VII. Falſorum teſtium proteruitatem. -	J. F. OERTEL. Merſeb.
VIII. Somnium vxoris Pilati. -	G. H. BOSE. Lipſienſ.
IX. Pilati judicis injuſtitiam. - -	J. G. SCHNEIDER. Luccau. Luſat.
X. Petri Apoſtoli magnum, puſillum, poenitentem animum.	J. G. GLOECKNER. Wölckau - Merſeb.
XI. Αγαπην την εσταυρωμενην, i. e. Amorem cruci fixum.	J. G. BAVER. St. Vlric. Miſn.
XII. Mariæ dolores. - - - -	J. A. A. HÜBENER. Merſeb.
XIII. Sacræ Coenæ inſtitutionem. - - -	G. A. HÜBENER. Merſeb.
XIV. CHriſti paſſiones corporis ac animæ. - -	P. E. C. KVNAD. Merſeb.
XV. Judæorum clamorem: Cruci fige. - -	C. F. SCHVBART. Merſeb.
XVI. Eorundem illud: Sangvis ejus ſuper nos &c. -	J. M. BARTH. Sceudic. Miſn.
XVII. CHriſti bajulandæ crucis onus. - -	J. H. EVGEL. Merſeb.
XVIII. Patientiam Saluatoris. - -	J. F. a BVRCKERSRODA. Equ. Miſn.
XIX. Crucis inſcriptionem. - - - -	G. F. GRAFF. Lipſienſ.
XX. Verbum CHriſti I. Da veniam Pater neſcientibus &c.	F. A. BASTINELLER. Merſeb.
XXI. - II. Hodie mecum eris &c. -	G. H. a DÖRING. Equ. Miſn.
XXII. - III. Ecce mulier, hic &c. -	W. F. SCHNEIDER. Luccau. Luſat.
XXIII. - - IV. Sitio. - -	G. F. a DÖRING. Equ. Miſn.
XXIV. - V. Mi Deus. - -	C. J. BASTINELLER. Merſeb.
XXV. - VI. Conſummatum eſt. -	J. G. A. TSCHORN. Merſeb.
XXVI. - VII. Pater, in manus tuas &c. -	M. C. F. MÜLLER. Merſeb.
XXVII. Miracula circa paſſionem facta. -	L. C. H. ZIPFFEL. Sceudic. Miſn.
XXVIII. Centurionis de Chriſto judicium. -	J. M. BVRMANN. Merſeb.
XXIX. Inſtrumenta ad paſſionem uſurpata. -	J. G. SCHINDLER. Læhna-Sileſ.
XXX. Joſephi Arimathienſis pietatem. - -	J. A. G. WENZEL. Merſeb.
XXXI. Sepulcrum JEſu. - -	C. G. OELSNER. Merſeb.

* * *

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-276438-p0010-9

967

9C7

VD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-276438-p0011-4

9C7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-276438-p0012-0

VICTORIAM CRVCIS,
AETERNO DECRETO STABILITAM,
STATVTO TEMPORE CONFIRMATAM,
IN SOLO
AMORE CRVCI FIXO
COLLOCANDAM,
D. XXVII. MART. CIↃ IↃCC XXXIX.
IPSO DIE,
QVI MEMORIAE EXANIMATI REDEMTORIS
SACER EST,
HORA III. POMERIDIANA,
GYMNASII MERSEBVRGENSIS
IVVENTVS LITERIS DICATA
PIE CONTEMPLABITVR.
AD QVAM
BENEVOLE AVDIENDAM,
QVA PAR EST,
OBSERVANTIA ET HVMANITATE
INVITAT
M. BALTHASAR HOFFMANNVS.
CON-R.

MERSEBVRGI,
LITERIS GOTTSCHICKIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-276438-p0013-5